



Kern 3481 (i-ii)

538

3

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
MEDICA
DE
HYDROPE PECTORIS.

QVAM
CONSENSV ILLVSTRIS ATQVE GRA-
TIOSI ORDINIS MEDICI
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESENTE
D. PHIL. ADOLPH. BOEHMERO
FACVLT. MEDIC. SENIORE etc.
PRO
GRADV DOCTORIS MEDICINAE
LEGITIME CONSEQVENDO
DIE NOVEMBRIS MDCCCLXXXIV.
PVBLICE DEFENDET AVCTOR
HENR. IOSEPHVS ARNTZ
CLIVICO - HVISBERDENSI
H. L. Q. C.

HALAE
TYPIS I. G. HELLERIANIS.



BRUNNENSTADT CITATIS PEGI
AD 1540.
ZEPHORINUS HILL
Non fingendum aut excogitandum, sed inveniendum, quid
natura ferat vel faciat,

ROGER BACON.

V I R O
MVNERIBVS FAMA VIRTVTIBVS
FELICISSIMO
ASCLEPIADEAE ARTIS
EXERCITIO INSIGNI
PERILLVSTRI
EXPERIENTISSIMO ATQVE
CELEBERRIMO
D O M I N O
D. IOSEPHO PASCHALI
DE FERRO
PHYSICO ORDINARIO NOSOCOMII
PAZMANNIANI
A C
PRACTICO VINDOBONENSI CLARISSIMO
PRAECEPTORI,
VITAE CONSERVATORI



PAGELLAS HAS IN PERPETVVM
GRATITVDINIS ET PIETATIS
MONVMMENTVM
CONSECRAT
AVCTOR.



§. I.

Hydrothorax, seu Hydrops pectoris, vocatur praeternaturalis seri aquosi, intra limites thoracis, collectio. Quamquam enim in statu secundum naturam universa Corporis superficies tam externa, quam interna, lymphatico humore, qui vasis arteriosis tenuis vaporis forma exspiratur, madet perpetuo, ut ideo HIPPOCRATES iam dixerit: *Carnes attractrices ex omni Cavo et extrinsecus*; haec tamen seri aquei collectio, cum modica sit, haud nocet, quin necessaria est, proindeque ab hydrope diversa. At vero, si vel venularum absorbentium sit immutata vel impedita actio, arteriolarum autem exhalantium vis pergit illaesa, vel etiam aura sit, sive hoc propter aquam in toto sanguine prae dominantem sive ob eius cum sanguine, tenacitatem phlogisticam attrabiliaremve haber-



te, miscelam impeditam fiat; *vel* vase quodam lymphatico rupto aqua in Corporis cavum indefinenter depluat: hisce omnibus modis fit, ut nimium humoris aquosí quantitas aut in toto Corpore, aut in variis ejus partibus increcat et hydrops nascatur.

§. 2.

Docet Anatome, singulam thoracis cameram habere propriam quasi membranam, hinc binas esse concipientias pleuras, cavarum ad instar vesicarum sibi mutuo adjacentes, inque contactus loco arcte cohaerentes, ita ut ex harum duplicatura nascatur mediastinum, quod thoracis cavum bifarium dividit; retrorsum pleura a corporibus vertebrarum secedit, ac speciem cavi format triangularis, quod tunica cellulosa repletur, sed et antrorum superius, qua parte glandula thymus ponitur, inter secessus lamellarum pleurae simile spatum, licet minus, relinquitur. Patet ergo, lympham extravasatam varias thoracis regiones inundare posse, praecipue tamen alterutram, aut utramque pectoris cavitatem; uti et observatores de hoc morbo testantur. Quamvis enim extra pleuram circa vertebrarum corpora aqua nonnumquam colligatur, ea tamen per cellulosam membranam musculis dorsi circumdatam descendere potest solo

lo pondere, simili modo, ac pus ibi natum
sinuosa ulcera haud raro producit; in regione
autem cellulosa circa thymum, si unquam, cer-
te rarissime, hydrophoracis sedes deprehensa est.

§. 3.

Sed alius insuper est locus, quem aquae
non infrequenter, imo frequentius, quam vulgo
creditur, occupant; pulmones puta. Triplex
vasorum genus, arteriosum, venosum, aëriferum
que in pulmone iungitur ope tunicae cellulosae,
adipe semper vacuae; quare etiam hic loci,
uti in universo corpore humano, lympha ac-
cumulari potest. Eiusmodi pulmonis oedema
vere observavit Cel. ALBERTINI ^{a)}), itemque
eandem hydropis sedem didicit Cel. SIMSON ^{b)}
ex cadaverum sectionibus. In ipsis autem arte-
riosis venosisque pulmonum canalibus, collectio
seri aquosi plerumque impeditur, ob perpetu-
um eumque velocissimum a corde propinquum
humorum motorum circuitum.

§. 4

Tandem et membranaceus foccus, pericar-
dium dictus, quia libere cor undique involvit,
aptum

a) Institut. Bonon. Tom. I,

b) Medic. essays. Tom. V.

3

[decorative flourish]

suptum praebet receptaculum aquis continendis, simul ac si vasa arteriosa maiorem exspirant quantitatem vaporis, quam venae resorbere valent. Pericardium pluries hydropicum invenit illust. *Senac* ^{c)} idemque aut solum, aut cum pectoris cavo simul. *Piso* ^{d)} similes observationes recenset. Sed non opus est, plura testimonia afferre, cum quotidiana fere experientia innumera suppeditet exempla ex cadaverum sectionibus.

§. 5.

Itaque, si locorum, qui in thorace serum aquosum extravasatum continere possunt, rationem habeamus; morbum nostrum apte trifariam despescere possumus, nempe in hydrope cayorum, in pulmonalem, et eum, qui est pericardii. Hic a prioribus distinguitur sensu opressionis et angustiae, circa pericardii regionem percepto, atque etiam motu undulatorio et quasi fluctuatione, dum cor palpitat, inter tertiam quartamve et quintam costam. Pericardio autem nimis ab aqua distento, difficulter, uti *SENAC* ^{e)} perhibet, aut omnino non, cor-

c) *Traité du coeur* liv. IV.

d) *De praetervisis hactenus morbis a colluvie serosa ortis* pag. 70.

e) Liv. 4. chap. 5.


cordis motus percipi potest; quod etiam, teste
 DIEMERBRÖCKIO ^{f)} in Anglo observatum,
 cuius pericardium duas aquae libras continebat,
 nec tamen aeger, dum viveret, de cordis
 palpitatione conquerebatur; neque BARRERE ^{g)}
 in quinque aegris, quorum pericardium hydro-
 picum erat, huius symptomatis mentionem fa-
 cit. Accidit plerumque, ut hydrops pericardii
 cum aliis pulmonum morbis et cordis vitiis po-
 lyposis etc. coniunctum occurrat, uti SENAC ex
 frequenii observatione monet. Quam ob ratio-
 nem ingens plerumque symptomatum cohors
 in eo adest, quo diagnosis fere impossibilis red-
 ditur. Quare etiam ab omnibus fere curatu
 impossibilis pronunciatur, licet eum adesse intel-
 ligatur. Nec aegri ideo medicamentis sunt
 fatigandi, sed illa solummodo tentanda veniunt,
 a quorum vsu aliqua adhuc curationis spes af-
 fulget. Nihil hic valet chirurgorum ars, uti
 BARRERE ^{h)} contendit. Equis audebit peri-
 cardium pertundere? aut quid proderit haec
 punctio, si cor iam vitium immedicabile con-
 traxerit, vel si, perseverante resorptionis impe-
 dimento, hydrops renascatur? Quam facile praet-
 era posset cor instrumento laedi! Sed, relicta
 iam hac hydropis specie, accurius de duabus
 prioribus solum agemus. De illo hydrope plura

apud

f) Anat. Lib. II. pag. 261.

g) Observations anatomiq.

h) ibid. pag. 93.



apud CAESALPINUM, PISONEM, TULPIUM,
BLASIUM, ROLFINCKIUM etc. possunt legi.
Rarius memoratur ea aquarum collectio, quae
sit in mediastino, omninoque rarus est mor-
bus, eo, iudice *Sellio*, dignoseendus, quod in
latera commodius, difficilius in dorsum decum-
bere possint aegri, ac pectus illis nimis angustum
esse videatur ⁱ⁾.

§. 5.

Considerata iam huius morbi sede, et divi-
sione, sequitur, ut de iis dicamus, quae aegro
proprie in hoc morbo accidunt. Quae cum
mire varient pro ratione mali: ea tantum enar-
rabo symptomata, quae plerumque in hydro-
thorace, ut ipsi propria, apparent. Haec sunt:
respiratio difficultis et anhelosa, cum *tussi* siccæ
vel saepe etiam aquosa, sensus angustiae et com-
pressionis in thorace; nec non *sensatio ponderis*
dolorisque ad diaphragma.

Cum enim aqua pulmonibus circumfusa
haeret, tum eorum vasa, et aerifera et sanguine-
a, ob aquarum molem, ut par est, dilatari
non possunt, sed manent plus minus compressa,
atque liquidi sive copia sive acrimonia irritan-
tur. Hinc tales aegri et difficulter respirare
et

i) Medicina clinica, pag. 254. 1781.

et tussire coguntur, sentiuntque pulmones quasi constringi. Sic ALBERTINI^{k)} dispnoeam maiorem sese observasse testatur, et quidem statim circa initia morbi, a modica potius seri copia in cellulosis pulmonum interstitiis haerente, quam a multo maiore quantitate cava pectoris replete; monet tamen, quod etiam parva liquidi turbidi et acris in pectoris cavo accumulatio difficultem admodum respirationem faciat; cum interim purum et aqueum liquidum non adeo difficultem respirationem inducat, nisi forte utramque thoracis cameram fere impleat, vel unam adeo distendat, ut alterum pectoris cavum compressando nimium minuat.

Deinde decubitus in latus sanum vix possibilis; si autem alterutrum pectoris eavum aqua turget, tunc in neutrum valent aegri decumbere latus, sed situ erecto esse coguntur.

Verum hoc de hydrope quoque pulmonali valet. Narrat Clariss. MALOET^{l)} de milite quodam, eum magnam spirandi difficultatem habuisse una cum febre lenta, cumque nec dorso, nec alterutri laterum incumbere potuisset absque magna molestia, fere semper erectum corporis situm eligere coactum fuisse. Simul brachia et manus, crura et pedes, oedemate intumescere.

k) Institut. Bonon. Tom. I.

l) Academie des sciences. 1732. p. 350.



nuisse. Suspicabatur medicus hydropem thoracis; cum autem, severo examine instituto, nullam invenisset fluctuationem, nec eandem aeger percepisset unquam, atque reliqua etiam absent symptomata, quae hunc morbum comitari solent, mutabat sententiam. Ab adhibitis remedii parum solaminis sentiebat aeger; sive que biennio transacto morbo et languore conficius, mortem obibat. Seetiq; instituta docuir, in neutro thoracis cavo seri aquosi extravasati quidquam adfuisse; at utrumque pulmonem occupabat vomica aquosa, quae uncias sex circiter seri aquosi limpidi continebat; haec sedem suam non in vasis aereis, sed in tunica cellulosa, quae interstitia loborum maiorum minorumque huius visceris replet, habebat. Quod situs erectus aegris tolerabilius sit, eius phaenomeni ratio in promptu esse videtur, cum aqua, tuncrumque thoracis cavum replens, inferiora petat, prematque diaphragma deorsum, sive quodammodo superiore pulmonum partem a compressione liberet.

§. 6.

Sæpius observatur oedema pedum cum levanius pectoris accidere, quoque evanescente, redire pectoris oppressionem; itemque alterutrius voluntariaque manuum inflatio. Ensi quidem haec sym-

—

symptomata in hydrothorace non semper observare licet, numerosa tamen extant exempla, quae oedema pedum mox praegredi, mox comitari, mox denique insequi hydrothoracem, luculententer docent. Neque hoc de eo tantum valet, qui in cavo thoracis residet, sed de illo etiam, qui pulmonibus infestus est. Narrat de HAEN^{m)}, tractasse se unum alterumve hominem, hac hydropis specie laborantem, in quibus oedema pedum non observaverit, unique serius modo, nimurum sub morbi in mortem transitum, accessisse. Sic et ipse vidi Vindobonae, ductu Examii prof. STOLI, quod in pistore juvenilis adhuc aetatis neque manuum neque crurum adfuerit oedema; illum autem revera hocce laborasse morbo, paracenthesi magis confirmatum fuit. Evenit hoc saepius illis hominibus, qui frequenter alternas ignis et frigoris vicissitudines experiuntur; forte lympha contenta ac accumulata inde viscidior evadit et continentes partes mucico viscido adeo obliterantur, ut in illis subiectis oedema crurum manuumque nasci non possit. Ingens tunc solet adesse pulsuum lensor, et, si malum non in veteratum sit, incidentibus cura feliciter absolvitur. Tales casus ter etiam mihi contigit videre in Nosocomio Patzmanniano, simulque pupillam aegros habere valde dilatatam observavi. Si Halterianam tunicae cellulosae descriptionem legimus, qua nempe ratione illa

per

^{m)} Ratio medendi. Tom. V.





per universum corpus diffusa sit, et quomodo omnes et singulas partes tam maiores quam minores obvolvat, cellulasque habeat, alias cum aliis omnesque inter se communicantes: facile intelligimus originem et causam oedematis, tum manuum tum crurum palpebrarumque; sive illa nascantur symptomatice, sive metastatice cum allevatione pectoris accedant. Neque difficilium explicabimus, quare paralyses in hoc morbo contingant, sive in una sive in pluribus partibus. Quotiescumque enim aqua ad nervos diffunditur, illos plerumque privat munere suo. Varia etiam huius paralysis extant apud auctores exempla.

§. 7.

Aliud subinde, praeter commemorata, symptomata apparet in pectoris hydrope, quo solo a ceteris difficultatis respirandi speciebus, tanquam signo certo et pathognomico distingui posse creditur. Sentiunt sic RIVERIUSⁿ⁾, PISO, alii plures. Evenit nimirum in eo talis spirandi difficultas ac terebritas, quae subito somni primo tempore aegrum invadit eumque quiete defraudat, sensim vero procedente die lentescit. Negant autem bonae notae observatores id symptomata semper in hoc morbo comparuisse, vt de HAEN. Interim saepe observatur raroque deest.

n) Opera omnia medica, prax. med. lib. VII. pag. 255.

deest. Certius adhuc signum est, *strepitus undulationis* tunc perceptus, cum aeger, ut HIPPOCRATES iubet, comprehensis humeris concueiatur; quocum aliud coniungi potest, thorax nimirum percussus sonum edit, quasi si manum in frustulum carnis impingas. Docente AVENBRUGGER^o) Hippocraticum illud signum, si adest, nunquam faliit, sed indubitate semper indicat praesentiam liquidi cavo pectoris contenti; nam oritur illa fluctuatio, dum fluidi partes motu concussionis super se invicem volvuntur, unde liquet, eam non semper observari posse, sed tunc solummodo, quando pectus aqua non integre plenum est. Si enim aqua liberum spatium non habet, in quo movetur, sed undique solidis partibus proxime coeretur, tunc undulationi, thorace concuso, locus non est; sive hoc signum nos deserit, quotiescumque pectoris cava aqua omnino plena sunt; hincque necesse est, ad aliud tum confugere signum, nempe ad pulsationem thoracis, quo AVENBRÜGGER docuit empyema detegere. Patet, valere ad hydropem pectoris detegendum, si eo turget thoracis cavitas; sin una tantummodo aquam habet, hoc facilius ex soni differentia detegitur. Nam pectus sanum si pulsatur, sonum edit, quasi cavum; si vero liquido qualicunque plenum est, aut etiam integer pulmo rigescit quacunque impletione, tunc sonum cavi amittit et edit similem ac frustulum lardi manu percussum.

§. 8.

o) Inventum novum ex percussione thoracis. etc.



§. 8.

Alia insuper sunt symptomata hunc morbum concomitantia. Etenim flante aegro hypochondria tument parum, dolor tensus in axillis adest, ac apices humeri frigus glaciale habent; quod si vero accumulatio tantum in uno latere adest, semper ad partem affectam magis inclinat aegri, ita ut statim hoc doceat, unam pectoris partem esse affectam. Vndenam tensiones, et ista inclinatio? haec ulteriore indiger explicatione. Potestne etiam ex urina, saepius pauca, quandoque copiosa et colore naturali tincta, hydrops pectoris dignosci? Frequens est urina, pauca, sedimentosa, quod ab ipsa materia acri videtur pendere, quae ad emittendas urinas stimulat. Num ex pulsu saepe intermittente, ac in uno brachio fortis, aequali, in altero debili, inaequali, saepe etiam subduro, quidquam, quod certum sit, ad detegendum hunc hydropem colligere possumus? Si malum nondum est inveteratum, observatur pulsus fortis, aequalis, liber, sanus.

§. 9.

Non iuvat hic generales, et omnes hydro-
pis causas enarrare, utpote multas nimis, et ab
instituto nostro alienas, sed potissimum illas mo-
do, quae genesi hydrothoracis prae reliquis fa-
vent,

vent, easque solum frequentiores. Sic potus gelidos copiosos, aestuante corpore subito ingurgitatos pectoris hydropem generare, iam HIPPOTOCRATES *) notavit, dicendo: *hic hydrops oritur cum aestatis tempore, siti premente, copiosam aquam biberis.* Ratio autem haec est, quod subitaneum frigus extrema vasorum ostia constringit, imprimis venosorum, quippe tenuioribus, quam arteriae, tunicis praedita sunt, et quia motus humorum per arterias, versus extremos earum fines tendens, ostia in iis servat aperta, vel referat, si constricta fuerint aliquatenus; in venis autem nulla vis est, quae ostia inhalantia aperire possit, manent potius arctata, nisi medella adhibita aut vi naturae medicatrice iterum aperta reddantur, in arteriis vero, ut dixi, vi motus humorum aliquo modo ostia exhalantia aut aperta servantur, aut occlusa referantur. Forte etiam venae, frigore adeo constrictae, ut ingressum liquido omni denegent, temporis mora coalescere possunt; quo in pluribus simul venis facto, oritur hydrops immedicabilis, cum resorptio tunc restitu nequeat. Negari interim non potest, quod frigus etiam, inducendo arteriarum spasmo, nocere ac hydropem inducere queat. Dici enim vix potest, quantum spasmum, supprimendo salutiferas fluidi serosi evacuationes, in producendo hydrope valeant.

*) Apud CHART. Tom. VII.



ant. Si quis quaerat: cur frigus, calorem exceptiens, in uno hydropem pectoris, in alio pleuritidis vel peripneumoniae phaenomena producat? nos huius differentiae rationem in diversam corporis dispositionem refundimus, quae mox hydropi, mox inflammationi, magis faveret. Casterum ob eandem, quam adduximus, rationem, artifices, qui ad ignem calefacti, aut requiescent dein, corpore leviter tecto, indeque frigescunt, aut potui indulgent frido, in hydropem pectoralem frequenter incidunt. Eadem theoria quoque iis accommodari potest, qui ob diurnam in aere frigido humidoque quietem aut commorationem, hydropici sunt. Alia, sed peior causa, est *ruptura vasorum lymphaticorum pulmonum tuberculi, hydatidis versus externam nempe pulmonum superficiem, quo tunc lympha in cava thoracis effunditur.* De hisce tuberculis sic habet **HIPPONCRATES** *) *gignitur etiam hydrops, ubi tubercula in pulmone exorta fuerint, eaque aqua repleta in pectus eruperint.* Interim in animalium potius, quam hominum mortuorum pulmonibus id genus observasse videtur, cum sequentia mox subiungat: *quod etiam a tuberculis oriatur hydrops, mihi argumento sunt boves, canes et sues; in his enim quadrupedibus maxime pulmonis tubercula oriuntur, quae aquam continent, sectione nempe facta citif-*

fus

*) De inter astec. chart. Tom. VII. cap. 24, pag. 656.

¶

sime cognoveris, nam aqua effuet. Talia autem tanto magis etiam in homine, quam in pecoribus fieri videntur, quanto magis morbosā viētus ratione utimur. Tale etiam exemplum adducit EUTH^{*)}, qui nimirum, ante annos, inquit, „aliquot tempestate nimis pluviosa et frigida, ex uliginosis pratis hollandicis multa hydropoe laborantia bruta, ad stabula fuerunt deducta, a lanionibus postmodum mactata: certe non paucā, tumoribus repleta aquosis, cucurbitas, melones cucumeres, poma, pyra, juglandes, avellanas magnitudine aemulantibus”. Quod vero hydrops nasci possit a sola ruptura vasorum lymphaticorum, nemo non concedit; eius exemplum, ut etiam multa alia silentio premam, legi potest in scriptis Isbrandi DIERBRÖCK^{**)} eo magis memorabile, quod viscera reliqua plane illaesā ac integra erant. Non minore vi pollent, in producendo hydrope pectoris, morbi pectoris inflammatorii, uti pleuritis, peripneumonia etc. Si nempe hi morbi in summa sunt cruditate, fieri inde vix aliter potest, quin causa hydropis, nominatimque hydrothoracis existat. Nam densus, phlogisticus sanguis, qui tum fere maximo in gradu obtinet, non solum exprimit veluti aquam sibi immixtam, sed eam etiam, quae forte potus aut

B 2

me.

^{*)} Agonisina de hydrope curios. p. 19.

^{**) Anatom. lib. I. cap. XII.}



medicamentū nomine corpori infertur, non recipit. Aqua igitur, aut in mixtionem sanguinis aliorumque liquidorum non recepta, aut ex his exurbata, facillime largius, quam par est, in cellulas vel cava secedit. Accedit, quod, ob lentiores, qui tunc praesens est, humorum motum, resorptio ipsa elangescat. Propter easdem causas morbos praedictos inflammatorios subinde efferi sudores, largissimae diarrhoeae et diabetici urinae fluxus comitantur. Interdum hosce hydropes medendi methodus adiuvat. Non negaverim quidem, quod ad hanc caussam pertinet, quosdam venaefectione in curandis istis morbis abuti, hincque ob inductam exinationem hydropem produci posse; Forte tamen ii Medici, qui prae nimio timore non satis aut crebras aut largas venae sectiones admittunt, omni nimirum modo caventes, ne, sic dicunt saltim, vires aegro detrahantur, multo frequentius hydropi inflammatorio ansam suppeditant. Manet enim tunc diutius morbus in cruditatis statu, et transfusiones liquidissimorum citius contingunt quam post alias, sed moderate largas venae sectiones. Extant quoque historiae hominum, post inflammationes hydropicorum. Enarrantur quaedam a Senaco et Toffetto; de quibus in prognosi dicam.

Porro vna e praecipuis caussis, quae faciunt genesi hydrothoracis, sita est in spasmis pectoris diuturnis saepeque revenientibus. In horum enim paroxysmo pulmones constringuntur; hinc sanguis e corde dextro pulsus, per pulmones transire nequit; neque etiam tunc se venae cavae in cor dextrum exonerare possunt, manent potius plenae, et turgent cum suis ramificationibus; ideo livescunt labia et turgent misericordia. Praeterea venae lymphaticae lympham absorptam effundere nequeunt in venas sanguiferas, prae nimia plenitudine turgentes, percutunt interim arteriae exhalare; hinc acumulabitur lympha, ut forte tenera vasa rumpantur, et perpetuum in thoracem fiat stillicidium. In mitiori malo autem liquidi accumulatio tantum contingit in ipsis vesiculis aëreis, evenitque tunc id, quod de hac re *Eust* asserit: „Principium saepissime „delitescit in tenebris et lento generatur gradu, „sub dispositionis asthmatica vel hypochondria- „cae nomine, idcirco ex insidiis insulturus noster „morbus mature praevidentus ac extirpandus, „ne altus et firmas agat radices in locis affectis.” Quod tali modo hydrops, sub larva asthmatis delitescere possit, lubens concedo, cum idem me non cadaverum modo sectiones docuerint, sed etiam medicorum practicorum libros pervolvens inveniam, multos asthma, etsi non una ratio-

tione, pro hydrope habuisse. Nam alii censent, asthma minari hydropem pectoris, illud pro hu-
iis prodromo habentes, alii hydropem pectoris in corpulentis modo relinquи affirmant; nec de-
sunt, qui non, nisi a male tractato asthmate, ve-
nimiis purgantibus etc. hydropem pectoris indu-
ci perhibent. Luculentius argumentum huius
veritatis methodus medendi asthmatis suggerit,
luculentissimum autem cadaverum sectiones sup-
peditant, quae copiosae extant apud auctores. Plu-
ribus ostendere possem, asthma auctorum saepe
nomine tantum ab hydrothorace differre; verum
hoc longiorem sermonem postularet, quam in-
stituti ratio vetat. Dolendum modo, asthma ab
auctoribus tam varie definiri, quo mirum in mo-
dum inventio veri inter utrumque morbum di-
scriminatis praegravatur.

§. II.

Diagnosis huius morbi petenda est cum ex-
accurata observatione causarum, earum praeci-
pue, qua hydrothoraci efficiendo idoneae sunt,
tum ex sedula symptomatum apparentium disqui-
stitione. Ex his eruantur signa ita quidem ut
alia sint pro hydrope pectoris affirmativa, alia
reliquorum morborum, quibuscum confundi pos-
set, absentiam declarantia negativa.

§. 12.



§. 12.

Differt hydrothorax ab empyemate. Nam
hoc post praegressos oritur inflammatiōis pecto-
ris morbos, qui in supurationem, suis compre-
tam signis, abierunt; deinde in nostro morbo
abest sputum purulentum, licet medela ad sputa
provocanda efficax adhibita sit, notante HIPPO-
CRATE. Si porro aquae in thoracis cavitate haer-
rent, differt tunc morbus ab asthmate tam glu-
tinoso, quam spasmodico, quod, si thorax con-
cutiatur, nulla fluctuatio materiae percipiatur,
prout in hydrope pectoris alias contingere so-
let; neque si percutiatur, sonum exhibeat quasi
frustuli lardi percussi, sed instar cavi; praete-
rea sub medicina seu expectorante seu antispas-
tica, incassum tentata, morbus increaserit, et tan-
dem, invito etiam medico, se manifestat, at ple-
rumque sero nimis, aegro iam ad fata non evi-
tanda properante. Dolebat Celeb. *de HAEN*,
hac ratione plures interire. Differt quoque a
scirrho pulmonali, uti notavit AUENBRUGGER
*); in eo nempe venae temporales, sublinguales,
et iugulares in affecto latere magis solito inflan-
tur, tussis sicca et rarior observatur, decubitus
in utrumque latus facile fertur etc plura enim
in libro laudato possunt de hac differentia legi.

An

* Invenit nov. ex percussione thoracis hum. ut
signo obstrusos inter. pect. morbos detegendi p. 64.
seq.



An etiam cum chronica pulmonum inflammatio-
ne sive infarctu eorum inflammatorio, aut cum
pleuritide, quam **BAGLIVUS** latentem vocat,
possit confundi? haud satis scio. Febris qui-
dem his vix ulla sensibilis, sed sub profunda
inspiratione dolor sentitur acutus, et plerumque
sunt reliquiae peripneumoniae pleuritidisque, non
integre solutarum; quae tamen satis notabiliter
differunt a pectoris hydrope.

§. 13.

Ad praesagia morbi nostri accedamus. Mor-
bum illum periculosum esse, opinor nemo est,
qui neget. Attamen nimis acerbum est praegnos-
ticon, quod dedit *la MOTT* *), omnem nem-
pe pectoris hydropem absolute letalem esse asse-
rens. Magis arridet, quod alii monent, nem-
pe ex hydrope pectoris laborantes omnes pe-
riclitari. Verissimum est, quod hydrops pectoris
sub conditionibus quibusdam et a causis gravissimis
oriundus immedicabilis sit, uti qui a ruptura va-
sorum lymphaticorum, a viscerum labe, a poly-
pis, scirrhis pluribusque aliis vitiis pulmonum
aliorumque viscerum nobiliorum nascitur. Ma-
la praesagia saepe peti possunt a materiis arte
eductis. Sic semper malum et letale fere, si
aquae

*) *Traité complet de la Chyrurg.* Tom. II. p. 189.

aquae eductae sunt similes loturae carnis; si putrulentae, viridescentes, saniosae, odoris putridi apparent; si filamenta innatant ipsis, quae viscerum macerationem ac corruptionem designant, quaeque ideo etiam in urinis conspiciuntur. Deinde si urina prodit pauca, ex atro rubens, cum furfuraceo aut lateritio sedimine et filamentis, malum augurium est faciendum. Porro mala prognosis formanda, si sputa sunt sanguine striata; peior adhuc si veluti sanguis concretus eiicitur; item si superiora gracilescunt, facies insimul flavescit, labia decolorata, vires deiectae sunt, erysipelas in cruribus adest, ac anima foetet quasi scorbuticorum. Immedicabilem iudicat de H A E N *) eum, qui occasione nocturnae excitationis, metum suffocationis infert; Pessimus est qui empyema iunctum habet; ipsem et multos vidi, qui postquam ab aquis apta eos medela liberavererat, post certum tamen tempus e medio tollebantur. Extat tamen casus apud M O R A N D **) qui id, quod edixi, non sine exceptione verum esse docet. In aegro quodam sex aquae pintas simul et semel eduxerat, in fine sequente notabili copia puris; revixit illico aeger, qui ante institutam operationem morti proximus visus erat; post septem dies eadem redierunt incommoda, adeo intolerabilia, ut denuo via aperiri debuerit liquido extravasato; factum hoc non quidem per acum

*) Ratio medendi Tom. V. p. 70.

**) Memoire de l'academie de Chyrgie Tom. II.

26

acum cannulatam, ut ante, sed dissecando spatium intercostale, uti in empyematis cura fieri solet; exierunt adhuc dum quinque pintae aquae, et sub finem maior, quam ante, puris copia promanavit; integre convaluit aeger. Quamquam hoc raro contingit, adductus tamen casus monet etiam medicos, vt prudentiam adhibeant cauteantque, ne praecipitanter naturam liquidii, in cavo thoracis contenti, determinent ac morrem praesagiant, sicut se ludibrio et cavillationi exponant.

§. 14.

Hydropem pulmonalem vero sanatu faciliorem esse, observatione in multis aegris, qui varias ob causas subito intumuerant toto corpore et praecipue magna respirationis difficultate afficiebantur, didicit ALBERTINI *); quippe haud multo labore ex morbo convaluerunt, factis lenibus evacuationibus per alvum, diuresin etc. Et omnino venae pulmonales liberrime evacuantur tempore diastolico cordis, cumque calor magnus et celeris humorum circulatio hic accedat magna, utique spes affulget, fore ut resorptione liquidum extravasatum resumatur, praecipue in morbi initio, et si prudens humorum evacuatione instituatur. Enim vero si aquosus hu-

mor

*) Institute Bonn. Tom. I.

mor non sit diffusus per cellulosam pulmonum
 substantiam, sed in vomicam minorem maiorem
 ve collectus, hoc quoque malum periculosum est.
 Namque vomica talis aquosa vel resorbetur et
 sanguinis massae commiscetur, atque inde ad
 communia corporis emissaria promota separatur
 et exit de corpore, quo quidem in casu sanatio
 obtinetur perfecta; vel rumpitur vomica; hoc
 si fit versus cavum pectoris, novus morbus suc-
 cedit, sin versus vasa aërea pulmonum, excitata
 tussi aut evacuabitur materies aquosa, aut subi-
 to et intra momentum temporis suffocabit ae-
 grum, si simul et semel inundentur tracheae.
 Casum refert TARGIONI TOSSETTI *) viri
 patricii, iam sexagenarii, cui post neglectum ca-
 tarrhum ante quatuor annos difficilis erat respi-
 ratio, intercurrente subinde tussi molestissima;
 loqua era difficultis, et per aliquot dies crura
 identidem tumebant. Accidit, dum brachium
 dextrum levaret, ut senserit quid sibi velut
 xumpi in pectori, et statim, cum valida tussi,
 exspuit materiam insipidam, inodoram, similem
 albumini ovorum, ea copia, ut intra tres ho-
 ræ quadrantes ejecerit quatuor libras; postquam
 in lecto repositus parum quieverat, sensit leva-
 men; pulsus haud malus erat; Iam felix spera-
 batur successus, sed ecce! post decem horas re-
 dit similis evacuatio, ita, ut intra viginti ho-
 ræ minuta tres libras similis materiae exspueret;

verum

*) Prima racolta di obsérv. med. p. 53.



verum non levabatur inde aeger; crescebat
anxietas, vires deficiebant pauloque post suffoca-
tus periit. Maior autem felicitas obtigit juveni
robusto, qui post pleuritidem querebatur de
levi anxietate et ponderis sensu in loco affecto;
post quadraginta dies subito, sensu rupturae in
pectore praegresso, cum magna anxietate et va-
lidissima tussi intra horam plus quam quatuor li-
bras similis materiae, ut prior, eiecit, ac inte-
gre convaluit. Hic casus et alii videntur pa-
rumper limitare **HIPPOCRATIS** prognosin, qui
hydrops ex acutis morbis omnes malos pronun-
tiavit *), his verbis: febrem non solvunt et cum
dolore sunt vehementi, et letales. Attamen ex
historia jamjam allegata, post acutos morbos hoc
non semper contingere, palam est. Illustr. s e-
nac **) quoque post pleuritidem praegressam
vidit hydrothoracem feliciter, ope paracynthesis,
curatum. Atque ipse vidi hydropem pectoris
cum pleurite conjunctum, quam optime cura-
rum venaesectionibus una cum antiphlogisticis etc.
Ulterius possunt praesagia nostri morbi peti, cum
ad bonum, tum ad malum eventum quod per-
tinet, ex affectis partibus, ex causis, sympto-
matibus, gradu et duratione morbi, ex aetate,
viribus, et habitu corporis aegroti, quae omnia
cum hic considerari haud possint, notavi aliqua
de eventu malo, eodemque modo aliqua enar-
rabo

*) Chart. Tom. VIII. p. 619.

**) De la structure du Coeur. Tom. II.

rabo, quae sanationis spem faciunt, quorsum spe-
stant maxime: urina copiosa, colorisque natura-
lis ac citrina; hydrops ipse recens in corpore ce-
terum sano, iuvenili aut virili. Nam haec sa-
nationem promittunt, accedente bona medendi
methodo. Addi possunt contraria iis, quae in
antecedentibus exposuimus. Cum autem so-
lius naturae vires, licet diaeta congrua sufful-
tae, rarissime ad curationem sufficient; hinc in
remediis huic morbo oppositis quaerendis mul-
tum omni tempore medici desudarunt.

¶. 15.

Licet vero methodus curandi varia a va-
riis medicis laudata ac proposita sit, omnes ta-
men sequentibus indicationibus implendis studu-
erunt; scilicet ut primo lympha stagnans in cir-
culum humorum revocetur et humoris aquoso ex-
travasato via paretur, qua exeat de corpore, sive
per emissaria naturalia sive per artem facta, ut
deinde vero nova extravasati collectio impediatur,
congruis, ad id obtinendum, remedii adhibitis.

Vt vero ratio pateat, qua medicamenta
in hoc morbo agant, praemonendum erit, eam
legem in corpore humano obtainere, ut nimi-
rum, si evacuatio aliqua per quodcunque emun-
do-



Etiorum variis medicamentis et modis excitetur,
 humores, alia in parte stagnantes at congesti
 illuc revellantur et allicantur. Sic saepe contin-
 git, ut stagnantes humores in encephalo ene-
 mate aliisque simul adhibitis a capite ad infe-
 riora deriventur. Anne etiam eodem modo
 humores stagnantes purgantibus revocari pos-
 sunt aliquatenus? Verum multum interest, per
 quasnam vias humores educantur, licet multi
 validissimam chatharsin, et maxime ad excitan-
 dum, celerem suadeant. SYDENHAMUS quo-
 que hanc methodum comprobavit, subjunxit
 vero, si aeger constitutione sit infirma, diureti-
 ca tantum conducere. Sed purgantia validissi-
 ma plerumque aut nullo modo, aut per bre-
 ve tempus tantum prosunt, aegriique summope-
 re inde debilitantur, malumque reddit, increscit-
 que magis. Sed non possum, quin moneam,
 purgantia solventia omnino hic convenire, praeci-
 pue in principio morbi, saepe etiam in pro-
 gressu, vt nempe viscidum glutinosum vitreum,
 quod paries obducit, solvatur, ac eius nova
 regeneratio impediatur. Sic medicamentis hisce
 solventibus diureticis via aperitur, qua humores
 stagnantes, abundantes educantur. Hisce enim
 aliud interdum aufertur impedimentum, v. g.
 ingens, non raro in hoc morbo obvia, sabur-
 rae intestinalis copia; hac enim vasorum renâ-
 lium ac renum actio impeditur ita, ut diureti-
 corum vis nulla evadat, prout MILMAN obser-
 vavit,

vavit, vires diureticorum nullas fuisse in ascite, antequam venter tumidus, vasa renalia compri- mens, purgantibus paululum fuisset diminutus, quies vero factis, liberam dein et largam urinae excretionem infsecutam esse. Quae tamen omnia caute adhibenda sunt, cum nullum medicorum lateat, validissimis ac continuis simul evacuationibus humores inquilinos eliminari, quos non facile in hydropticorum corporibus restitue- re valemus; hinc *Celsus* bene censuit, melius cibis alvum moliendam esse, quam medicamentis. Felix autem in hoc morbo eventus, utilitatem lenium solventium, eccoproticorum etc. docet.

aliquant sobs non §. 16. *in osupa i2*

Accidit interdum in corpore valido, vt adsit nimia vasorum plenitudo, hydropsque ori- tur ab impedito humorum motu, quia humo- res non possunt ingredi in vasa. Tunc venae sectione indiget, qua venae, imminuta sanguinis massa, libiores reddantur, vt liquidum extra- vasatum resorbere valeant, resorptumque ad cor revehant, pellantque per arterias ad colla natura- lia, quibus excerni possit. Sic **AEGINETA** in cura hydropis subcutanei, qui vocatur Ana- farca, sanguinis missionem commendat, maxime si a suppressis hemorrhoidibus, aut a menstrua purgatione affectus originem habeat; nec non

Clarif.





Clariss. DUTILL se venaesctionibus repetitis ascen-
ten curasse dicit, et apud HILDANUM legitur,
quod robustissimus homo trigesimo aetatis an-
no per universum corpus hydrope turgens,
sponte ex nare dextra haemorrhagiam ad syn-
copen usque passus sit, et ita, citra ullorum re-
mediorum aliorum usum, brevi consanuerit.
Si autem humores stagnantes non possunt re-
forberi ob scirrhos, obstructiones, etc. tunc me-
dela his morbis accommodata, docet, quae a
prudenti medico respectu hydropis hic agenda
sint.

§. 17.

Si aquae in vesiculis non adeo magnis
stagnant, nec ex ruptura vasis lymphatici hae ve-
siculae ortum trahant, sed potius a vapore ex-
halante atque intra telam cellulosam producantur,
propter perpetuam exhalationem et impeditam
resorptionem semper crescentes: nonne tunc equi-
tationes prodesse possent? Sic sane fieri potest,
ut illae parvae vomicae rumpantur, illisque ru-
ptis ceterisque partibus adhuc sanis, aquae in
circulum humorum rursus redigantur et resorbe-
antur. Etenim vix in hoc casu, medicamenta
interna sanationem promittere videntur, interea
tamen malum increscit, et viscera ob maceratio-
nem erosionemque contrahere possunt labem im-
medicabilem.

§. 18.



§. 18.

Tandem si humores stagnantes nequeunt
in circulum humorum ullis internis remedius
agi, ad alia remedia confugiendum est: „nam
„in morbis, uti HIPPOCRATES *) ait, in qui-
„bus ingens periculum adest, aliquid audendum
„est: si enim successerit, poteris servare aegrum;
„si non profeceris, fit modo id, quod sine tuo
„molumine brevi contigisset.”


Hinc etiam in morbo nostro saepe despe-
rato chirurgica remedia tentanda veniunt et
ab antiquissimis non modo cognita, sed etiam
adhibita. Nam puneturam veteribus jam in usu
fuisse, constat ex HIPPOCRATE **); neque il-
lam semper caruisse successu, pater ex iis, quae
adduxit, postquam de perforatione, quo modo
fieri debeat, locutus erat. Mox enim subjungit,
si die quinto pus in ulcere circumnascitur, utplu-
rimum evadit; si vero circumnascitur nihil, post-
quam aquam eduxeris, sitis prehendit illum ac tus-
sis, ac moritur. Verum inter recentiores pra-
xin hanc Hippocraticam feliciter imitatus est
DU VERNEY *** in foemina, cui pulsus parvus
in-

*) Lib. de locis apud Foesium.

**) Chart. lib. II. de morbis Cap. 22. Tom. VII, pag.

576.

***) I^o Acad. des scienc. l. an. 1703, p. 199.



aequalis erat, dyspnoea magna, nec tantum pectoris hydrope laborabat, sed ascite simul; cui tamen aquae per paracenthesin ex abdomine et thorace aliquot dierum intervallo eductae eo eventu, ut mensis spatio potuerit solitis vacare muneribus. Salutarem quoque paracenthesin vidit BIANCHI^{*)}) in recenti pectoris hydrope et juvete athletico. Hinc injuste ipsa ab aliquibus, tanquam rationi et experientiae penitus adversa, damnatur; uti fecit la MOTTE^{**)}), et certe injuste, cum alias aeger morti reliquendus sit, satis cito, punitione vero tempestive adhibita, et plures serventur aegri, et omnes, qui ceteris medicamentis amplius servari non possunt, ad minimum levantur, evitentque periculum suffocationis. Sic medicus saepe lucratur tempus, causam morbi debellandi, aut etiam, si ea sit invincibilis, vitam reddit tolerabiliorem illamque prolongat. Rebus igitur sic comparatis, paracenthesis utilitas abunde patet; licet saepe tantum palliative juvet, si hydropica dispositio perseveret, et aqua continuo renascatur: sic, si aperta hydatis aquam stilaverit, ea educta, novam abundantius dabit; ablata nimirum resistentia, uti affirmat de HAEN^{***}). Contra ea autem paracenthesis radicaliter curat, si hydropsis causa sit transitoria, vel prius ablata; absente enim causa, cessat lympha in ca-

vum

^{*)} Hist. Hepat. Tom. I. p. 662.

^{**) Trait. compl. de chirurg. Tom. II.}

^{***)} Ratio medendi Tom. V. p. 91.

vum corporis depluere, unumque tunc solum superest, ut aquae jam extra vasa fusae educantur. Praefat autem citius quam serius instituere hanc operationem. Nam mora aquae stagnantis macerantur viscera ac corrumpuntur. Quod PEIERUS praeter alios observavit in pericardio, ubi tres librae vel etiam plus acris et turbidi humoris aderant, quae cordis substantiam eroferant. Eadem de causa mors potest paracenthesin saepe insequi, quod rarius, opinor, operationi tribuendum est, quam aquis fero nimis eductis, visceribus nempe jam jam irreparabili labe affectis ac pro parte consumptis. Hinc forte Veteres praeципiunt, non nisi partitis vicibus aquam ex cavis corporis majoribus educi debere; metuebant enim, ne emollita viscera, aequali pressione ambientis liquidi ablata, motu sanguinis rumperentur. Quibus etsi prudens quivis assensum suum non denegabit: attamen perpendendum ex altera parte, quod istiusmodi aquae evacuatione, aer etiam frequentius accedat, putredinem in liquido extravasato saepe subito promovens.

§. 19.

Sunt interim, qui alio modo emissaria parari suadeant, per scarificationes nempe. Atque possunt eae in hydrothorace locum habere

C 2

prae-



praecipue tunc, quando tumores pedum accedunt cum levamine in pectore; exitu enim aquarum hoc in casu cavetur, ne ad priorem locum redeant, magisque ibi accumulentur. Sed incisiones parvae tantummodo sunt facienda, nec profundae, ne aquae nimis cito adfluant, partesque subito distendant. Quo enim non observato, inflammatio et id tandem oritur, quod RIVERIUS ait: scilicet „in hydropicis cauteria, „vesicatoria et scarificationes, gangraenam saepe afferre solent.” Quod tamen satis commode averti potest pedibus altius, quam crura, locatis. Scarificationes et similia casu saepe profuisse, permulta exempla testantur; sic *) dormienti hydropico ignis vicinus pedem adusserat ita, ut multa effluente aqua, convaluerit.

§. 20.

Alia etiam remedia externa in usum vocarunt antiqui medici, e. g. frictiones, hasque profuisse, experientia docuit. Frictiones enim glutinosum obstruens poros cutaneos solvunt, quo succi stagnantes discutiuntur, ac ad superficiem corporis derivantur, motus humorum incitatur, augetur transpiratio, ac viscerum torpor saepe aufertur. Idcirco medicus quidam

An-

*) Anecdotes de medicina. 1762. p. 9.

Anglus eas paracenthesi abdominis longe praefert. Frictiones cum oleosis, ne exasperentur partes, suadent: *Donald, Monro, Olivier, Medicus, Vogelius* etc. Nonne maioris utilitatis essent frictiones in regione renum? quo humorum adfluxus ad hunc locum exitaretur, ac deficiens renum tonus restitueretur, urinaeque hinc excretio maior evaderet.

§. 21.

Quod ad diaphoresin attinet, haec praemissis laxantibus solventibus excitanda est; aquas enim stagnantes, in vapores resolutas, ad resorptionem disponit. Ad hoc efficiendum valent medicamenta sat nota; aër siccus calidus, saepe et lecti tepor etc. Nec minus emetica promovent diaphoresin, praetereaque alios effectus exserunt, qui curationi morbi inserviunt. Cum enim viscera sub actione vomitus concutiantur: hinc tenacia solvuntur, absterguntur obstructa, expelluntur stagnantia, ac aquarum excretio promovetur; quo ipso vasa ad largiorem aquarum resorptionem invitari possunt. Cesante porro vomitu, catharsis sequi solet. Quam ob causam emetica praincipue locum habent in hydrothorace, cum ventriculus et connexa intestina, ut interdum fieri solet, a faburra biliosa, pituitosa etc. ita distenduntur, ut respirationem sum-



summe anxiā inducāt. Quae igitur omnia protinus emetico dato auferri possunt. Nec praetereundum esse videtur, refracta emeticorum dosi commoda varia praeſtari, quae auctores non satis possunt hisce in morbis laudare,

§. 22.

Tandem ad hydropicorum aquas evacuandas laudantur, qnae ſplendido titulo medicamentorum hydragogorum ſuperbiunt, diuretica. Haec omnia enarrare a ſcopo alienum eſſet; aprius apud auctores legi potest, in quanam hydropis ſpecie maxime valeant diuretica, quae ſpecifico modo agunt. Forte perpanca ſunt, aſt ratione cauſarum morbi multa. Sic CL. ERNST *) tale remedium laudat, quod omnes virtutes in hydrope praeſtet; dicens „in radice ſenaga „omnes coniunctae ſunt vires, quae in hydrope „efficaces eſſe poſſunt. Validiſſimum remediorum „,reſolventium eſt, alvum largiſſime perſaepe du- „,cit; ſi alvi deſectiones paullatim remittunt, uri- „,nam abſque ullo incommodo promovet, et, „,quod nulla alia hydragoga eo ſaltem gradu „,praeſtant, fudoris excretionem in hydropicis „,reſtituit, quam primum partes tumentes ſubſi- „,dere incipiunt, quo reconvalescentia expeſatio- „,ne

*) Difſert. Med. de therapia Hydropis. Erlangae 1783.

„ne citius promovetur. Addit: nulli alii reme-
dio tantum acceptum ferendum habebat illusfr.
„Vir *), quantum huic; in desperatissimis cas-
ibus, ubi nulla spes curationis affulgebat, num-
„quam non levamen attulit.” **)

Nec minus sunt laudata a longo tempore
squillitica, iuniperina, cortex Euonymi, Helle-
borus niger, pilulae Bacheri, nec non extraestum
lactucae virosae, qua solvens diureticum etc.
Interim non possum hic praeterire medicamen-
tum sat bonum, et multis experimentis Vindo-
bonae in Nosocomio Pazmanniano a Celebrri-
mo et a me ad cineres colendo viro de Ferro
comprobatum, colchicum puto. Hic quidem vir-
tutem eius eximiam, qua diuresin pellit, Claris.
KRATOCHEUIL ***) negare ausus est, totus in eo,
vt adductis cum testibus multis, tum experimen-
tis in proprio sano corpore factis, adscriptam hu-
ic medicamento virtutem convelleret. Nihil om-
nino tamen mihi probasse videtur. Licet enim
vis medicamenti interdum ex effectibus, quos in
sanis

*) Celeb. prof. Wendt.

**) In Amoen. acad. Tom. II. p. 116. eique vis resol-
vens, fialagoga, vomitoria, diaphoretica, diuretica,
incidentis etc. tribuitur, et usus praeter alias morbos
etiam in hydrope commendatur. Pluribus agit de
hoc radice Cl. Helmuth in ea dissertatione, quam
Erlangae edidit 1782.

***) Diss. Chymico med. de radice Colchici autum-
nalis. 1764.



sanis producit, evinci possit, attamen id semper non aliam vim habiturum in statu opposito, incongrue inde mihi colligi videtur.

Deinde quaeri adhuc potest, numquid medici, ad quos D. KRATOCHUIL, ut testes, provocat, illa adhibuerint, quibus, ut medicamentum agat, opus est. Nec locum habet, quod Clar. KRATOCHUIL Celeb. STOERCKIO opponit, scilicet falsum esse, quod STOERCKIUS casu nono de foemina hydropica, colchico curata, refert. Sed satis iam de his; quae enim reliqua habet KRATOCHUIL, potius medicorum cavillationem, quam veri studium produnt. Nos quotidiana experientia docuit, egregium esse remedium diureticum, ad uncias tres per diem datum, cum potu, quod bene notandum, largo, multasque deberem scribendo complere pagellas, si sanatos hocce remedio aegros, quos vidi, quiique inventori maximas gratias debent, recensere vellem.

§. 23.

An etiam locum habet methodus illa expectorans, cum interdum fiat, ut in hydrothorace sputa tenacia, ab aquis serosis glutinosis separata, haereant? Existimo quidem admitti posse. Caute tamen agendum, praecipue in hydrope pectoris

Etoris parum inveterato; tunc enim methodus ista magis in perniciem aegri quam in eius salutem cedere solet. *)

Quod

*) Cum saepe expectorantia adhibeantur, quae partes irritare, quin erodere possunt, uti kermes minerale aliqua praeparata, quae nonnulli commendarunt: pessima saepe ex hoc sequuntur mala. Nec indigemus expectorantibus tam heroicis, cum ipsa fabrica partium sputorum expulsio mirifice adjuvetur. Nam aspera arteria ex semicircularibus constat cartilaginibus, interserta iis tunica musculosa crassa, forti, fibrisque longitudinalibus ac transversalibus praedita, quae asperam arteriam constringere ac breviorem reddere valet; idque eo certius ac potentius fieri, cum aspera arteria, eadem fabrica donata, in ipsos intret pulmones, donec ad finem istae cartilagineis plane in musculares abeant fibras. Patet ergo, quam facile vi fabricae sputa in altum possint attolli, ac eliminari, vt illa phthisicorum docent, et si haec aqua specificie graviora sunt. Contra ea vero, si ista tunica muscularis est affecta, uti in angina peitoris, inepte ab aliquibus sic dicta, sputa ad inferiora defluunt, donec integritas eius restituta sit. Hinc conveniet potius, me judice, leniter solventibus, incidentibus vt in morbo nostro tractando, quam ipsis, quae simul partes erodere ac valentius irritare possunt. Naturam vero talēm structuram non solum ob oesophagum, ut vulgo creditur, fabricasse, sed etiam ad sputa et foeces, a sanguine in pulmonibus separatas, facilius educendas et excrēendas, verisimile mihi esse videtur. Nec ob solūm oesophagum arteriam asperam sic esse fabricatam, patet vel inde, quod ista asperae arteriae stratura non diutius deberet persistere, quam illa ab oesophago comitaretur.

Deinde an non magnae quoque utilitatis esset, si aeris quantitatem, quam pulmones recipere possunt,



Quod vere pertinet ad methodum medendi hydropi mere pulmonali, (quem libenter referrem ad certam asthmatis speciem), eadem methodus eligenda esse videtur, quam quae ei hydrothoracis speciei, quae cavitatem thoracis occupat, destinatur. De experimentis, in hoc morbo institutis cum aëre dephlogisticato, proxime plura in lucem dabit Clar. de FERRO.

§. 24.

Tandem alteri quoque indicationi, quae postulat, ut nova extravasati accumulatio impediatur, satisfaciendum erit. Id vel solidorum laxitate induci potest, vel eo, quod humoribus serosis lymphaticis ansam praebet in corpore de novo se se colligendi sicuti aër humidus, vietus vel nimis tenuis aquosus durus viscidusque et cetera alia inter causas pertractata. Hinc illa, quae hoc avertere valent, ut sunt; roborantia, vina chaly-

sunt, mensura quadam detegere possemus inde que determinare, num aquae in thorace majori minorive in copia stagnent? Cui scopo inservire possit machina hydraulica facili modo paranda. Campana enim vitrea aquae imponatur et per tubulum aër, in campana contentus, in pulmones attrahatur. Aqua nempe, quae in campanam adscendit, aequat volumini aëris, pulmonibus heusti. An in aliis quoque pulmonum morbis, e. g. in concretionibus, scirrhis, tuberculis, hydatidibus adhiberi possit? tempus doceat.

lybeata, chalybs, leniter adstringentia, vinum
 bonum, austriacum, Rhenanum, aquae roboran-
 tes thermales martiales, motus corporis etc. etc.
 adhibenda veniunt. Nam hydropici, qui, reme-
 diorum efficacia liberati, eundum in affectum
 recidunt, desperati sunt, notante Hippocrate.
 Credidit quidem, vitium tunc aliquod imme-
 diabile intra viscera latitare; verum contingit in-
 terdum, ut etiam aliis de causis hydrops recidi-
 vus fiat, sicuti ipse foeminam quandam sexage-
 nariam novi, plus quam decies recidivum hydro-
 pem passam. Habitabat enim in loco humili
 humidoque, quo pectoris hydrope contraxerat.
 In Nosocomio Pazmanniano diurericis, postea ro-
 borantibus, curata, ad suos rediit, monito seve-
 ro et saepius repetito, ut sibi caveret ab humili-
 do isto habitaculo, semper neglecto planeque spre-
 to. Quo factum, ut elapsis circiter sex septi-
 manis, hydrope iterum nosocomium intraret
 denuo. Curata iterum et dimissa, redibat ta-
 men ad idem tempus ob eandem causam. Hoc
 que pluries, et post quamlibet sanationem, con-
 tingebat, donec tandem febris nosocomialis, su-
 peryeniens virae eius finem faceret.

§. 25.

§. 25.

Cum exoptatus medicamentorum effectus etiam ab aliis externisque conditionibus pendent, hinc pauca de illis adjicere liceat. Frequentissime observatur, aegros brevi medicamenta aversari ac alia appetere; quo ipso saepe Medicis peccandi occasio datur. Nam medicus, ne taedio nimio capiatur aeger, consentit, confugitque ad alia, priusquam datis medicamentis naturae velut viam, qua se liberaret, monstraverit. Hinc illa frustranea tentamina, maxime cum idem fatum immineat in priorum locum substitutis remediis, sive variando semper medendi methodum non levamen obtinetur, sed augmentum morbi maius. Quapropter non nimis faciles in mutandis medicamentis simus, cum praesertim saepe vix alia ratione, quam diuturniore usu, sensimque augendo dosin, efficaciam medicamenti aut invenire aut probare possimus. Neque negligamus alia, quae saepe velut incitant medicamina, ut efficaciam suam praestent, qualia usus diureticorum hodiernorum fere requirit. Nec adeo crudeles simus, ut AVIGENNAE praeceptum sequamur, qui vel aquae aspectum interdicit hydropicis, aut CELSUM, qui potionem hydropicis non ultra dari vult, quam ut vitam sustineant, cum tamen sitis saepius aegros misere torqueat. Atque recentiorum

rum



rum Medicorum observata nos docuerunt longe alia, quam quae RIVERIUS tradidit, existimans, in potu hydropicorum maximum versari curationis momentum, hincque praecipiens, ut aeger quam parcissime bibat et sitim toleret, quantum valeat. Enimvero teste experientia non parcissime, sed largissime debent hydropici bibere, ne nempe medicamentum inefficax in corpore haereat. Sic *Baptista Montanus*, ad consilium quondam vocatus, suast potum copiosum hydropico, ascite laboranti etc.; improbabant hoc quidem omni modo Medici ad eandem consultationem invitati, vieti autem concedebant tandem, quod suaferat *Montanus*, convaluitque aeger. Plura similia observata de utilitate potus largioris consignavit illustris *Bacher*, qui primus in Gallia remedia cum largis potulentis propinavit, ac novam hanc methodum introduxit; postea iussu regis eadem methodo hydropicos curare instituerunt; quae historiae sanatorum hydropicorum hacce methodo a Claris. de HORNE *), nec non a Celeb. DAIGNAN **) sunt conscriptae. Eandem methodum saluberrimo cum effectu adhibuisse Viennae Celeb. de FERRO in Nosocomio Pazmanniano,

*) Observations faites par ordre de la Cour sur l'effet des pilules toniques pour la curation de l'hydropie à Metz.

**) Observat. fait sur l'effet de pilules toniques à Paris.

niano, videre mihi contigit. Hac methodo vi-
ta aegris omnino tolerabilius fit, ac naturae
vis infertur, de qua, dum se liberare tentat,
quaerit vias ad potulenta cum ceteris humoris-
bus stagnantibus eliminanda. Patet quoque utili-
tas potionis largioris ex aliis rationibus. Sic
ob aquarum stagnantium moram ea, quam sani-
tatis leges postulant, secretae aquae resorptio
contingere nequit; hinc sanguis magis inspissa-
tur, ut ad secretionem urinae ineptus fiat, hinc
que praeternaturaliter excernenda in cavitates
corporis effundantur. Quare et Celeb. *TISSO-*
TUS fructus horaeos diluentiaque remedia, id
est aquosa, commendare videtur. Sic etiam
Hoffmannus recte, vt puto, affirmavit, utpluri-
mum adesse in hydropticis serum acre, partes-
que rodens, vel inflammans; unde non raro
prodeunt mali motis ulcera, quae difficulter sa-
neseunt; quod vero aqua dilui ac ex ipso ori-
unda mala potu copiosori averti posse existimo.

§. 26.

Potus, qui hydropticis maxime conductus,
paratur vel ex decocto graminis vel aqua hor-
deacea cum cremore tartari. Neque minus ce-
revisiae bonaे notae, amarae, decoctum vel in-
fusum baccarum juniperi, potus theaeformes ex
herbis convenientibus parati, adhiberi possunt,
quae

quae vero omnia hic accuratius determinari non possunt, cum saepe solventes, interdum roborentes, diaphoresin ac diuresin moventes vires requirantur. Motus corporis sint lenes, praeципue in hydrothorace, cum alias respiratio difficilior evadit, anxia ac molesta. Diaeta sit blande nutriendis, roborans etc. etc.

Hicce tandem, ut legibus academicis satisfacerem, breviter pertractatis, ne nimis longus fiam, commentationi huic de morbo, qui me ipsum satis diu cruciavit, imponam finem.

Per frigores et emacias et cunctis estis causa
morbis agitatis. Exstinctusque non possunt
cum suorum corporum elementis se recondere. Etiam
autem, consisteret utroque amore. Minimorum
est obducere animo uno, conseruareque in tempore
ad secundum effectumque suum, abovo rufiunt
que sive exanimis sive vivis ab

Errata quaedam.

Pag. 9.	lin. 10.	leg.	conjunctus.
—	11.	— 2.	dyspnœa.
—	13.	— 21.	obducuntur.
—	15.	— 3.	concutiatur.
—	—	15.	moveatur.
—	16.	— 10.	vix ulteriore.

UD 18
PicA



DE LAVDE
MEDICAMENTORVM
SIMPLICIVM RESTRINGENDA

ILLVSTRIS AC GRATIOSI ORDINIS MEDICI
AVCTORITATE ET CONSENSV
IN REGIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E
D. IO. FR. GOTTL. GOLDHAGEN,

MEDICINAE, PHILOSOPHIAE ET HISTORIAE NATURALIS
PROFESSORE PVBlico ORDINARIO, CIRCVLi SALICI,
COMITATVS MANSFELDENSIS ET CIVITATIS
HALLENSIS PHYSICO

PRO
GRADV DOCTORIS MEDICINAE
SOLEMNITER CONSEQUENDO

AD DIEM XXIX. SEPTEMBER. CICLOCLXXXIV.

H. L. Q. S.

PVBlice DISSERET
AVCTOR
ISAAC DAVID LEVI
HALLENSIS.

HALLAE
TYPIS FRIDERIGI DANIELIS FRANCKE.

